N. 2747.

CURRENDA XIII.

A. D. 1859.

N. 1953.

Continuatio de stricta Breviarium recitandi obligatione atq. poenis in ejus osores etc.

Hocce ævo, ubi materialismus spiritualismo seu pietati multa struit pericula, Venerabili Clero in Currenda V. a. c. sub N. præs. 54 plura rationum momenta pro strictissima *breviarium* recitandi obligatione nec non de censuris ecclesiasticis in neglectores statutis propinavimus, quo magis Ejus ac gregis saluti consuleremus. Hæc rationum momenta jam e ss. Litteris; jam e Canonibus Ecclesiæ tam particularis, quam universalis; jam e constitutionibus Pontificum; jam e Jure canonico, aut piorum operibus excerpta, atque pœnas ab Ecclesia constitutas, prelo pro frequentiori ruminatione mandari curavimus.

Nunc in medium proferendas esse censemus *rationes*, *breviarii recitationem*, sive precationem, lectionem, meditationemve quotidianam undequaque urgentes, quas in Cur. memorata sub puncto 3. attigimus, videlicet *rationes* fundatas in fœdere, quod Clericus in majoribus Ordinibus constitutus 1. *cum Esia*, 2. cum *fundatore* beneficii et *Collatore* pangit, et 3. in nexu, qui inter eum ac *Parochianos* existit.

Ad 1. Clericus in majoribus Ordinibus constitutus pepigit imprimis cum Ecclesia universali fœdus explendi religiosissime officia Ordinum susceptorum. Inter haec officia numeratur quoq. officium omnes *breviarii partes* persolvendi. Successor Apostolorum, Episcopus respectivus, nomine Ecclesiæ universalis pangit fœdus cum Ordinando, cujus tenor quod sit talis, quis inficias ibit? „Ego nomine et auctoritate Ecclesiæ universalis, sanctæ Matris nostræ potestate ab ipsissimo Christo accepta, assummo te Ordinande! in *vas electionis;* in *ministrum Christi*, in *dispensatorem mysteriorum* Dei, in *intercessorem* coram Deo pro populo *) et gratia Ordinationis revera te constituo talem; Ordinandus vero suscipiens gratiam Ordinationis sublimissimam, init pactum hoc et ineundo pactum suscipit quoq. in humeros suos obligationes e munere *ministri Xti*, *dispensatoris mysteriorum* Dei, atq. *intercessoris* promanantes. Ministri autem regis, eo magis Regis regum inter alia est, conversari cum rege, recipere mandata, petere eorum explanationem, anteponere supplicationes aut necessitates subditorum, intercedere pro hisce... *Dispensatoris vero mysteriorum Dei* prædicare verbum Dei, tradere

---

*) S. Paulus ad Haeb. C. 1. praescribit haec: „Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona (supplicationes); eleemosynas et sacrificia (Missam, jejunia, afflictiones, labores) pro peccatis... qui condolere possit iis, qui ignorant (qui ceu rudes indigent instructione) et errant (peccant) et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis..." orationes, &c.

explanareve mandata Ejus, ac petere *incrementum* desuper, nam alias frustra *plantabit* Paulus, frustra *rigabit* Apollo, nisi Deus exoratus dederit *incrementum*... et *Intercessoris* reputatur munus orandi et orando placandi, deprecandi, expetendi pro populo. Quis nunc *oculos habens* non videbit, aut *os habens*, non loquetur, quod persolvens *pensum hocce sacrum* accedit ad thronum Altissimi, conversatur quasi ut Angeli et electi cum Patre luminum, percipit in Psalmis, Capitulis, Lectionibus mandata ejus populo fideli annuncianda, quæ explanantur in Lectionibus præprimis in Homiliis Nocturni III. &c. revocat sibi in memoriam innumera beneficia divina et officia Deo, sibi ac populo exhibenda; in Psalmis, Versiculis, Responsoriis, Orationibus interpellat pro Esia tota et singulariter pro grege suo..??!! Quis Ordinibus condecoratus non concedet, se toties fœdus cum Esia universali ante Ordines pactum infringere, aut plane frangere, quoties aut negligenter aut plane non pervolveret hunc devotionis ac eruditionis Librum?! Qui autem *fœdifragus* evadit Ecclesiae, est indignus ejus minister, infidelis dispensator, reprobus intercessor, orbandus beneficiis ecclesiæ, removendus, pœnis mercenariorum, infidelium dispensatorum deputandus... temporaneis ac æternis...

Idem fœdus renovatur, quando Presbyter in qualitate Cooperatoris mittitur ad specialem Esiam aut quando ceu parochus instituitur ac installatur pro ecclesia certa, imo dillatatur, quia separatim constituitur quoq. pro populo ecclesiæ particularis, adeoque stringitur *dupliciter* ad orandum, interpellandum.

Ad 2. Devotio ac meditatio *brevialis* quotidiana incumbit quoq. e pacto cum Collatore et per eum cum fundatore beneficii inito. Fundatores beneficiorum aut eorum auctionis, ut legere est in pluribus fundationum instrumentis, possessores seu curatos expresse obligavere ad *augendam gloriam*, ad *ferendum suis animabus suffragium*... et qui hocce *officium ob beneficium* expresse non adjecerint, procul dubio id supponebant. Pro vade nobis sit liber Codicis Justiniani, qui haec memoratu digna e temporibus ferme ethnicis continet: „*Sancimus, ut omnes Clerici per singulas ecclesias constituti, per se ipsos psallant nocturna, et matutina et vespertina, ne ex sola ecclesiasticarum rerum consumptione clerici appareant; nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici, circa liturgiam Dei. Si enim multi laicorum, ut suae animae consulant, ad ecclesias confluentes, studiosi circa* psalmodiam *ostenduntur, quomodo non fuerit indecens, clericos* ad id ordinatos, *non implere suum munus?! Puapropter omnino clericos psallere jubemus et ipsos inquiri a Deo amantissimis pro tempore episcopis... et eos, qui inventi non fuerint inculpate in* liturgiis *perseverantes*, extra clerum constitui; *nam qui* constituerunt *vel* fundarunt *sanctissimas ecclesias, pro* sua salute et communis reipublicae, relinquerunt *illis* substantias, *ut per eas debeant* sacrae liturgiae *fieri, et ut in illis a ministrantibus* piis clericis Deus colatur.“ Ecce sententia legislaturae civilis ex incunabulis ecclesiæ nostræ! His perlectis quis addubitabit, gloriam, laudem, cultum Dei et suffragia per Clerum curatum manifestandam et per *psalmodiam*, *liturgiam* cum psalmodia *junctam* exercendam, a fundatoribus primitive impositam fuisse?! Hi modo collatorum mentes penes collationem beneficiorum explorare velles, ipsimet Tibi patafacient eandem fundatorum intentionem, confirmabuntque pristinam. Conferentes beneficium adjiciunt ergo inter alia obligationem *psalmodiae* toties praelaudatae, et praesentati ad beneficium acceptant illud sanctum onus. En sacrum fædus.! Eluderes intentionem piissimam

collatoris ac fundatoris, quicunq. negligeres hancce laudem, gloriam, cultumve Dei; respueres ferre suffragia in precibus &c. Quanta esset ex Tua parte quotidie nefors temeritas!

Porro fundator erigendo beneficium et collator id conferendo etiam hoc intendebat, ut sacerdos reditibus beneficii sustentatus ac populus curæ ejus commissus in dies majoris perfectionis caperet incrementa. Breviarium vero continere censetur tum suæ tum alienæ uberrima eruditionis perfectionisve media; nam complectitur thesaurum selectorum e sacris Litteris et operibus SS. Patrum, et vita Sanctorum, quo locupletatus plura habet ad virtutem incitamenta, elationes cordis e terrenis ad superna, inflammationes in Psalmis et Hymnis ad altiora, supplicationes ad efflagitandam pro se ac populo benedictionem, defunctisq. requiem. Qui Breviarium declinat, repudiat hunc thesaurum et in dies magis deflectit a sua vocatione sancta, et a laicis vix adhuc vestibus discernitur. Demum

Ad 3. Sacerdos intrando in parochiam cum populo quidem non pangit fœdus cum obligatione *breviarium* recitandi, ast nexus intimus, qui inter patrem et filium, inter magistrum et discipulum, inter pastorem et oviculam intercedit, officium dictat idem, ut alat et foveat doctrina, historia, fulciat prece... præeat exemplo... et hanc doctrinam, historiam, exempla, preces abundanter omni die capere, relegere valebit, in Compendio sacrarum rerum, in psallendi compendio, seu Breviario.

Volvite jam sæpe animo, Fratres in Christo Dilecti! cuncta rationum momenta, quæ ex educatione Seminariali, nec non e Currenda XII. a. e. pro asseverando precandi officio in genere ac de uberrimo precationis fructu... memoria tenetis, non minus, quam ea quoq. frequenter, quae pro sola Breviarium recitandi obligatione urgentissima, de emolumentis atq. simul poenis, quæ sedulos aut pigros manent, jam in Cur. V. a. c. jam modo percepistis. Nullus Vos dies deprehendat sanos sine Breviario, sive ad vicinos confratres aut amicos, sive ad indulgentias... divertitis. Si penes Confratres aut civiles commoramini, mementote obligationis sanctæ, post recreationes, sermocinationes cum hominibus recedendi ad conversationem cum Deo, ad laudem et gratiarum actionem in Breviario delineatam. Noli decumbere, donec persolveris pensum diei; et commendaveris in Completorio *in manus Domini spiritum tuum*, aut protuleris antiphonam: *Salva nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes, ut vigilemus cum Christo et requiescamus in pace;* donec alias preces vespertinas effuderis, ut angeli tutelares, Patroni coram Agno prostrati *habeant* quotidie quas offerant *phialas aureas plenas odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum*,... fidelium præprimis Sacerdotum; Apoc. V. 8. noli expergisci sine suspiriis ad Patrem luminum, aut post recuperatas vires abstine mane a petulantibus jocis, aut clamoribus, qui perplures civiles, pietatis sensu ferme exutos magis adhuc in sopore spiritali confirmarent; sed accinge te ad psalmodiam, ob persolvendum tum pensum divinum, tum præbendum pietatis exemplum &c. &c. Si restat sub indulgentiis, ad quas juvaminis ergo discesseris, tempus, cave deambulare circa ecclesiam aut confabulari in Sacristia sub divinis, quando fidelis populus devotioni totus quantus deditus; imo et Tu Pater et Tu Confessarius junge Te cum filiis et filiabus, cum poenitentibus in precatione; persolve nefors restantes breviarii partes aliasve aut in Confessionali, aut in Sacristia aut in cœmeterio... et hunc in modum jam officio sancto satisfacies, jam populum non

solum ædificabis, sed et Cœlitibus commenadabis, praeprimis Tuos pœnitentes, Tuos parochianos, vivos atq. defunctos. Gratulatur sibi tunc populus, si in Sacerdote non illum *superbientem* Pharisaeum, sed *humilem* publicanum, devotum intercessorem conspicit; gratulatur, si quando Sacerdos vehit Dominum ad aegrotos, Domino suo psallit e Breviario; quando in angulis domi, aut in choro; in chorto sive campo cernit Parochum et Cooperatorem in Breviario meditantem atq. orantem. Felix illa parochia, nbi dux populi et vigilator et aedificator opere coram oculis sibi commissorum inconcussam exhibet fidem, quam exprimit Psalmus 126. ad Vesperas pro feria IV. qui incipit: *Nisi Dominus aedificaverit domum*, *in vanum laboraverunt*, *qui aedificant eam.* ultro: *Nisi Dnus custodierit civitatem*, *frustra vigilat*, *qui custodit eam...* fidem inquam, quod nulla sine Domino benedictio... adeoq. sine intermissione exorandus, qui etiam *noctes* orationibus post labores insummendo, jam pro se, magis autem pro nobis, pro salute totius mundi Patrem Suum exorabat, *relinquens nobis exemplum*, *ut sequamini vestigia Ejus 1. Pet. II. 21.*

Quibus haec illave nedum jucundam decoramq. reddunt divinam psalmodiam, pervolvant obsecramus Sect. II. tom. II. pag. 363—539 Clarissimi Amberger, item Clariss. Ferd. Probst: „Brewier und Brewiergebet“. de hocce articulo cum unctione disserentem, et reportabunt fructum centuplum.

Pro coronide apponimus de modo psallendi illud divi Augustini: *Si orat psalmus*, *orate; si gemit, gemite; si sperat, sperate; si timet, timete: omnia enim, quae hic* (in breviario) *conscripta sunt*, *speculum nostrum sunt.*

N. 2185, 2597, 2658.

Gratiarum actio pro donis in rem Missionum in Oriente, etc.

Exc. Regimen Cracov. dto 17. Jul. a. c. N. 20172 communicavit Nobis libellum Societatis immaculatae Conceptionis ad sublevandos Catholicos inter Turcas, in quo exhibentur praelaudatae Societatis molimina a 1. April. 1858—31. Mart. a. c. in favorem miserorum inter Turcas Catholicorum saluberrima; summae item e variis Diœcesibus, e Nostra 83 fl. 40 fl. C. M. quae universim 25404 fl. 50 ½ x. efficiunt; simul ac expensae 16172 fl. 48 x. una cum residuo 9232 fl. 2 ½ x. C. M. Interim per 1 exemplar relationis sive libelli ac Imaginis Immaculatae Conceptionis mittitur hic ·/. pro Decanatu *Bialensi*, *Makov. Myślen. Oświęcim. Skavin. et Wadovic...* reliqui fors serius accipient. Imago cedatur Perillustri Decano resp. pro tatigio in collectionibus &c. Porro Idem Regimen sub 1. Sept. a. c. N. 20064 nec non M. Praeses Consotiationis hujus Viennensis Litt. de 26. Sept. a. c. receptionem quotae 55 fl. 40 x. V. A. contestatur cum gratiarum actione ulterioriq. commendatione. Deus ter optimus maximus benedicat largiter benefactoribus, suspiria suffultorum excitent ulteriores, et multiplicem apud Judicem Supremum efflagitent mercedem. Nos vero praestolamur ulteriores collectiones et submissiones in favorem vicinorum confratrum... E ses. 6. Oct. 1859.

L. 670.

Spis różnych rzeczy do niektórych kościołów Dekanatu Brzeskiego według Aktów Wizyty Dekanalnéj z r. 1858 sprawionych.

I. W Brzésku. A) kosztem samego JX. Stopy Proboszcza od r. 1856 aż do 1858.

1. Cyborium nowe ze stafirunkiem roku 1856 wartości 115 ZłR. 2. Antypedium nowe 15 ZłR. 3. Balaski przed wielki Ołtarz z lanego żelaza bronzowane z Blańska sprowadzone, razem z kosztem sprowadzenia tychże 163 ZłR. 4. Odnowienie wielkiego Ołtarza 40 ZłR. 5. Lampa przed wielki Ołtarz mosiężna wyśrzebrzana z Krakowa 45 ZłR. 6. Pacyfikał do ręki stary bakfanowy, wyreperowany, wyśrébrzony 5 ZłR. Sukno czerwone wielkie przed wielki Ołtarz 30 fl. Zło. 8. Ławki i Konfessyonał na dębowo odpokostowane w presbiterium 12 Zło. 9. Bursa do chorych z czerwonego atłasu 8 Zło. 10. Welum do noszenia Sanctissimi 8 Zło. 11. Mszały 2 zreperowane i Kurendy oprawione z roku 1856 i 1857, 10 Zło. 12. Organy zestrojone za 29 Zło. 13. Cztéry poduszki piękne. 14. Alba nowa z széroką siatką kosztująca 16 Zło. i różne inne rzeczy drobniejsze.

B. Z datku Pana Hrabiego Wita Żeleńskiego za staraniem JX. Plebana i ze składek parafian: 1. Kościół na około obwiedziony murem i filonkami razem z otrynkowaniem za 200 Zło. 2. Stachety około kościoła 68 Zło. 3. Kościół wewnątrz zupełnie oskrobany, gipsem jakotéż i suffit otynkowany, za co zapłacił JWP. Hrabia mularzom 200 Zło. 4. Za wymalowanie Kościoła malarzowi 420 Zło. (Ks. Pleban miejscowy dał wikt). 5. Figur Świętych około Koscioła wskutek zaleceeia JX. Plebana kamiennych na filosikach stanęło 12, każda po 25 Zło. 300 Zło. 6. Ławki nowe fundamentalne gustowne z kwaterunkowych pieniędzy i liwerunkowych od wojska 152 Zło. 7. Chorągwie 2 we formie Sztandarów sprawione przez parafian 130 Zło. 8. 4 Ornaty nowe; 2 białe a 2 czerwone adamaszkowe, z legatu ś. p. Ant. Soiny 100 Zło.

II. W Gosprzydowéj. 1. Kościół w Gosprzydowéj wyrestaurowany w roku 1857 został w następujący sposób: WPan Seweryn de Komar kolator ofiarował na majstra 100 Zło.; parafianie zaś kupili gonty i gwoździe na pokrycie dachu, za 233 Zło.; podwaliny przyciesie i płatwy chętnie WPan Kolator udzielił. 2. Sygnaturę nowo wystawioną dał odmalować JX. Pleban Biela 10 Zło. 3. Parafianie postawili Krzyż na Cmętarzu wartości 8 Zło. 36 kr. 4. Józef Cecuga ofiarował 12 lichtarzyków i firanki do Matki Boskiéj 4 Zło. 12 kr. 5. Agnieszka Buglina ofiarowała firanki do Pana Jezusa 2 Zło. 6. JX. Pleban sprawił statuę Matki Boskiéj do noszenia podczas procesyi za 10 Zło. 7. JX. Pleban dodał 6 Zło. do Ornatu czerwonego koloru, na który z masy ś. p. Poprzednika były tylko 12 Zło. przeznaczonych, a takowy kosztuje z rekwizytami 18 Zło. M. K.

III. W Jasieniu. A. Własnym kosztem JX. Plebana Wikara: 1. Ornat biały różnemi kwiatami ozdobiony z materyi jedwabnéj za 40 Zło. 2. Ornat drugi biały także z jedwabnéj materyi 12 Zło. 3. Ornat czarny z białymi galonami 30 Zło. 4. Ornat fioletowy 10 Zło. 5. Katafal nowy 14 Zło. 6. Pająk z rzniętego szkła 60 Zło. 7. Skarbonka na ofertę i skrzynka zielona 5 Zło. 8. Lawatorium blaszanne do Zakrystyi 2 Zło. 9. Sygnatura na Kościele 40 Zło. 10. Firanki do Wielkiego Ołtarza 5 Zło. 11. Kabzula do chorych fioletowa 2 Zło. 12. Poduszka na Ołtarz pod Mszał 8 Zło. 13. Chorągiew żałobna 12 Zło. 14. Baldach nową materyą i nowemi frandzlami ozdobiony odreperowany 14 Zło. 15. Lampa blaszanna nową cyną oblewana przed wielki Ołtarz 20 Zło. 16. Waskula na oleje śś. do chrztu 3 Zło. 17. Kielichy dwa nowo wyzłocone 40 Zło.

18. Mszał nowo oprawiony 9 Złr. 19. Mszał nowy z kupfersztychami 25 Złr. 20. Pacyfikał nowy do ręki z relikwiami Ś. Klemensa 12 Złr. 21. Kapa czarna do nowa zreperowana 10 Złr. 22. Komeszek ministrantom z 4ma mantelkami karmazynowemi i 2ma spodniemi 10 Złr. 23. Sukno czerwone do nakrycia stopni Ołtarza wielkiego 20 Złr. 24. Kociołek miedziany wybielany do wody święconéj, do którego stary dodany 9 Złr. 25. Ręczniki 10 płócienne z nici w deseń robione 5 Złr. 26. Ornaty czerwone odreperowane z dodatkami potrzebnymi 20 Złr. 27. Cztery Krucyfixy, jeden nowy do procesyi 10 Złr. a 3 wyreperowane. Oprócz rzeczy zwyż wymienionych, do Kościoła sprawionych, własnym kosztem JX. Pleban wszystkie budynki gospodarcze dał poposzywać, stodołę jednę nowémi przyciesiami podciągnąć, od tejże saméj majstrowi z własnéj kieszeni zapłacił 40 Złr. Na powałę kupiono tarcic do stajni, te kosztują 32 Złr. W kuchni komin i piec postawił, od tego zapłacono 30 Złr. Plebanią wewnątrz wyreperowano, oprócz dachu, który jeszcze potrzebuje reparacyi. Oprócz drobnych rzeczy w Kościele i przy plebanii, które tutaj nie są wymienione; wszystko kosztuje razem 549 Złr. M. K.

B. Rzeczy przybyłych do Kościoła Jasieńskiego, które nie kosztem ale staraniem JX. Plebana znajdują się w kościele a te są następujące: Organ do nowa wyreperowany 80 Złr. 1. Tabernakulum nowe JPanna Teofila Krasicka 87 Złr. 2. Obraz w dużym formacie nad zakrystyą JPanna Teofila Krasicka 46 Złr. 3. Obraz Ś. Jana Kantego JPan Jan Hrabia Krasicki do Ołtarza sprawił 25 Złr. 4. Kapę białą, nową, różnemi kwiatami ozdobioną, JPan Jan Hrabia młody 50 Złr. 40 kr. 5. Ornat nowy z pasa Jaśnie Pani Hrabina Kolatorka 60 Złr. 6. Alby 4 z płótna holenderskiego JPani Kolatorka, niewiadoméj ceny. 7. Rańtuchów 4 na Ołtarze JPani Kolatorka, cena niewiadoma. 8. Velum białe nowe. 9. Stacye czyli 14 obrazów w dużym formacie na ściany JPani Kolatorka 150 Złr. Suma 498 Złr. 40 kr. M. K.

Prócz rzeczy w dwóch zwyż wykazach wymienionych, Kościół w roku 1857 przez ulewne dészcze mocno uszkodzony, za staraniem JX. Plebana zupełnie przez JPana Kolatora i gminy wyrestaurowany, wybielony, dzwonica wyreperowana z trzecim dzwonem, chór przez ruinę kościoła całkiem rozpadnięty zupełnie nowo zrobiony, a ta reparacya kosztuje 1506 Złr. 9 kr. Suma z dwóch poprzednich wykazów i reparacyi razem czyni 2553 Złr. 49 kr. K. M.

IV. W Lipnicy sprawili parafianie: 1. Bursę do chorych. 2. Biret. 3. 2 Rekwialne Mszały. 4. Lampę do Sanctissimum.

V. W Porębie Spytków: 1. W r. 1854 Kościół i Plebania restaurowane, budynki zaś ekonomiczne częścią nowo wystawione, częścią poprzestawiane układem konkurencyi w kwocie 989 Złr. 3 kr. 2. W r. 1855 dwa obrazy olejne: Ś. Franciszka Ksawerego, Ś. Hieronima i Umbrakulum ofiarował Kościołowi Pleban miejscowy JX. Słowiński 3. W r. 1856 dwie chorągiewki i dwa lichtarzyki sprawiła gmina Poręby do Kościoła w kwocie 17 Złr. 4. W r. 1857 i 1858 dwa Ołtarze poboczne odnowione z pobożnéj składki parafian i JX. Plebana miejscowego w kwocie 190 Złr. K. M.

VI. W Rajbrocie: 1. Cały Ołtarz wielki zreperowany, odmalowany, przez Plebana miejscowego JX. Kaweckiego wartości 100 Złr. 2. Nowy Kielich wyzłocony 15 Złr.

3. Stary Kielich odzłocony wartości 15 Złr. 4. Pacyfikał i naczynia kościelne sporządzono 10 Złr. 5. Ornat nowy biały z złotemi bordurami 18 Złr. 6. Ornat nowy czarnego koloru z śrebrnemi bord. 15 Złr. 7. Ołtarz poboczny Ś. Antoniego za wpływem JX. Plebana z fundacyi Wojciecha Adamka parafianina odmalowany wartości 50 Złr. 8. Ołtarz poboczny Ś. Izydora ofiarą gromady przez wpływ JX. Plebana odmalowany 70 Złr. 9. Dwie czerwone Chorągwie nowe gorliwością JX. Plebana parafianie z Częstochowy do Kościoła przynieśli, wartości 28 Złr. 10. Figury kamienne na bramach przy wchodzie do Kościoła staraniem JX. Plebana sprawione 15 Złr. 11. Lampa mosiężna pośrébrzana gruba dużego formatu przed wielki Ołtarz N. M. Panny z własności JX. Plebana sprawiona wartości 32 Złr. 12. Trybularz nowy gorliwością JX. Plebana parafianie z Kalwaryi przybywający sprawili 6 Złr. M. K.

VII. W Uszwi sprawili parafianie: 1. Chorągiew czerwoną Kowalczyk Jan, 32 Złr. 2. Firanki niebieskie Jan Bartys 16 Złr. 3. Lampę przed wielki Ołtarz Sobek Pałka 9 Złr. 4. Murowany parkan koło Kościoła sporządziła cała parafia.

Na tych Dobroczyńców Świątyń Pańskich niech zstępuje błogosławieństwo Boga Ojca i Syna i Ducha Ś. a gorliwość ich niech zawstydza oziębłych o chwałę Bożą; oraz niech zachęca do podobnéj żarliwości wszystkich, bo wszyscy codzień z Rąk Pana zastępów odbierają wszelkie ozdoby i dary.

L. 2728.

Sepultura ś. p. Teresy z Rogoskich Jasiak potrzebna.

W r. 1843 ożenił się w Tarnowie Błażéj Jasiak z Teresą Rogoską ze wsi Myszyce parafii Żeleźnikowéj, Cyrkułu Sandec. mającą wtedy 44 lat... która męża opuściwszy gdzieś w Sandec. Obwodzie jako kaléka z wydęciem wnętrzności i żebraczka, może na tyfus w r. 1849 umarła. Tyle urzędownie wiadomo, że w r. 1849 ze Zbyszyc do Państwa Muszyny się przeniosła.. i że listownie szukano jéj po różnych miejscach, lecz nadaremnie. Mąż pozostałéj prosi Szanowne Duchowieństwo Obwodu Sandeckiego szczególniéj o poszukanie jéj zgonu w księgach metrykalnych albo pod nazwiskiem *Jasiak* lub *Rogoskiéj*, gdyż przy sobie nosiła zaświadczenie służbowe pod nazwą *Royoskiéj*, i o uwiadomienie o skutku.

Tego uczynku miłosiernego nie zechcą proszącemu odmówić Szanowni Zarządzcy Kościołów, poszukać i donieść przez XX. Dziekanów pod końcem Listopada r. b. o *pomyślnym* lub *niepomyślnym* skutku swego poszukiwania. Z d. 8. Paź. 1859.

L. prez. 157.

Ogłoszenie wyszłych tomów drugiego Rocznika Kazań Westermajera.

Zobaczył światło Rocznik II. Kazań w 2 tomach... Wielebnemu Duchowieństwu już z ogłoszenia w Kurendzie z dnia 31. Grudnia 1858 XV. l. 3575 znajomych, Westermajera, przełożoze przez JMX. Manieckiego. Kosztują drogą prenumeracyjną 5 fl. W. A.

Do zamówienia chęć mający tak dogodnych Kazań, zechcą się zgłosić u swoich XX. Dziekanów, którzy Imiona i pieniądze do kancelaryi Konsystorskiéj prześlą, lub Kazania u najbliższych księgarzy zamówią. Dan 8. Paź. 1859.

Commendatio operum Librariae Mayer et Commiss.

Libraria prælaudata sub 24. Sept. a. c. Vienna immiserat 1 exemplar operum theologicorum penes se venalium pro quolibet Decanatu, commendando Ven. Clero opera sua. Nos variis commoti motivis adnectimus hic ·/. 1 exemplar pro quolibet Decanatu cum eo, ut quidquid emendum placuerit, praescribant Sibi ope librariæ vicinae.

Die 6. Oct. 1859.

N. praes. 157.

Festum S. Patritii semidplx ad ritum duplicem elevatum.

A Sede Romana consecuti sumus Decretum Urbis et Orbis, quo festum S. Patritii die 17. Mart. incidens, hucusq. semiduplex ad duplex elevatur, quod pro notitia et directione futura hic imprimendum curamus:

„Quum Archiepiscopi etque Episcopi ommnes Hiberniae Anno MDCCCLIV. Dublini congregati a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX. humillime postulaverint, ut Festum Sancti Patritii Episcopi Confessoris, atque Hiberniae Patroni, quod in Breviario Romano ritu semiduplici notatur die XVI. Martii, ad ritum duplicem pro universa Ecclesia Catholica elevare digneretur; Emi ac Rmi Patres Sacri Consilii Christiano Nomini Propagaudo in generalibus Comitiis eodem Anno habitis die XXI. Julii censuerunt supplicandum Sanctissimo pro gratia.

Hanc vero Sacri Consilii sententiam quum, instante nuper novis precibus Archiepiscopo Dublinensi, Sanctitas sua benigne exceperit, jussit, ut Festum Sancti Patritii Episcopi Confessoris die XVII. Martii amodo recolatur in universa Ecclesia ritu duplici minori, praesensque a Sacra Rituum Congregatione edi Decretum, ac promulgari mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die XII. Maii MDCCCLIX.“

C. Episc. Albanen. Card. Partizi S.R.C. Praef. *H. Capalti S.R.C. Secretarius*

N. 2783.

Major in expediendis officiosis diligentia denuo inculcatur.

Saepe intercedunt correspondentiae Exc. Regimen inter vel Inc. C. R. Fiscum et Ven. Clerum, mediante Coo eliberandae, aut *quantocyus*, aut *irremore*, aut intra *triduum, octiduum*, verum pro dolor quandoq. et annus elabitur, sed negotium sine adursione haud eliberatur. Tanta officii sui oblivio, tanta morositas ne amplius in Nullo carpenda sit; nec fama Cleri aut Nostra periclitetur unquam ob retardationem tantam!

E sessione 13. Octobris 1859.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 13. Oct. 1859.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.